

quia exaltatus est super omnes! De hac materia semper michi erit sermo iocundior et sermocinatio longior atque profecior. Et utinam detur posse, quia hic deficit spiritus meus nec sufficit ad tantum investigandum archanum, sed cum ei devoveo lingwam meam, sic erit ad eius dignitatem extollendam, sicut stella ad solem, stilla ad flumen, lapis ad turrin, pulvis ad montem. Accede homo ad cor altum et eius dignitas exaltetur ⁴³⁾! Hic est dominus, qui tercio fuit unctus propter tres suas dignissimas dignitates. Sed quia dominus debet esse fortis et potens, secundario de eius fortitudine et potencia in illa particula est videndum.

(10) *Et magna, inquit, virtus eius.* Timor et tremor huius domini super omnia regna mundi, *manus eius in cervicibus inimicorum suorum, catulus leonis Iudas* ⁴⁴⁾: *ad predam, fili* ^{a)} *mi, ascendisti, numquid per impotenciam descendisti, rebucans* ^{b)} ⁴⁵⁾ *ut leo in imperio et quasi leena in aliis provinciis* ⁴⁶⁾, *quis suscitabit eum* ⁴⁷⁾, *solus* ^{ss c)} ⁴⁸⁾.

(11) *Non auferretur, inquit, sceptrum de manu domini Friderici neque* ⁴⁹⁾ *dux de femore eius, hoc est imperium de eius heredibus, donec veniat qui mittendus est* ⁵⁰⁾, id est Christus ad iudicium, hoc est usque

a) filii Hs. b) Dahinter leo getilgt Hs. c) So Hs.; vielleicht zu lesen sanctissimus, s. Anm. 48.

⁴³⁾ Ps. 63, 7—8.

⁴⁴⁾ Iudas wird in der Bibelexegese immer auf Christus gedeutet, vgl. PL. 219, 246: Iudas, catulus leonis, Dominum Salvatorem praesignat, tamquam leonina ortum prosapia, videlicet regia stirpe progenitum, mit Quellennachweisen.

⁴⁵⁾ recubans lesen Rufinus, De bened. patrum I, 2 (PL. 21, 301) und Cyprian, Testimonia I, 21 (PL. 4, 718). Vgl. unten Anm. 106.

⁴⁶⁾ provincie alle Länder außerhalb des Imperiums, vgl. F. Kämpers, Kaiserprophetien und Kaisersagen im MA. (1895) S. 81.

⁴⁷⁾ Gen. 49, 8—9. Der Löwe spielt eine wichtige Rolle in der gesamten Vatinizienliteratur, s. etwa F. Kämpers, Die deutsche Kaiseridee in Prophetie und Sage (1896) S. 74 f., dann bes. in den Prophetien des 13. Jhs., vgl. O. Holder-Egger, Italienische Prophetien des 13. Jhs., NA. 15 (1890) 158, 159, 163, 167 usw. — Ebenso in der Bibelallegorese, s. PL. 219, 134, 230, 479 unter ‚leo‘.

⁴⁸⁾ solus ss. ist wohl als Anklang an eine Schriftinterpretation aufzufassen, vgl. bes. Gotfried v. Admont, PL. 174, 1141: Acsi dicat: Solus ille cui soli convenit nomen istud ‚quis‘, also quis = Gott; weitere Stellen s. PL. 219, 114.

⁴⁹⁾ neque mehrere Lesarten der versio antiqua (P. Sabatier, Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae seu vetus italica [Reims 1743] zur Stelle; künftig zitiert ‚vers. ant.‘).

⁵⁰⁾ Gen. 49, 10.